

- 3 Ad pastores, qui pascunt: non enim pascunt, qui ad pascum, malignitate præbent pro cibo venenum; cum pastorum vere pascua, cordis fulgeat innocentia.
- 4 Ad pastores, qui pascunt: Id est, qui pascere debent. Apposite: etenim ni pascant, uti debent; minime pascunt.
- 5 Ad pastores, qui pascunt: nempe, ad pastores, qui non pascunt. Quippini pascunt? Pascuntur. Patet scuto pastore,

opus prædicationis inutile: equidem cum pascere gregem debeant; qui pasci, pasto ieiunant, quoniam pascus Verbi Dei in nutritionem gregum, totus veritas & ventus in vanitatem pastorum.

- 6 Ad pastores, qui pascunt. Quidni, Qui corrigunt? Dum greges errant, corrigant profecto, ut pascant: non enim pascuntur oves, ni corrigantur errantes,

DIDASCALIA PRIMA.

Vita verè Monachorum longum martyrium.

HINC Bernardus, serm. de S. Benedic. n. 11. inquit: *Isti longa & multimoda traxere martyria: & Philotheus in Vita Bernard. cap. 6. v. 81. accinit:*

Namque illi lacerâ senserunt carne dolores
Philos. *Hic autem vulnera corde tulit.*
Ergo animus quantum membris generosior
ipsis,

Martyribus tantum celsior ille fuit.
Virtutem quam necessariam esse in huiusmodi pugna; ipsis Monachis N. indicavit Patriarcha: igitur dicit, omittens aliorum, uti leviorum graves cruciatus; *Cœnobitarum fortissimum genus.* Qui solus descendit in arenam; habet profecto palmam, sed non coronam, quia non habet pugnam: & in honorem ex certamine ascendere ut possit, non coronabitur, nisi qui legitime certaverit: certatque legitime, qui ut valeat pugnâ, quotidie moritur vulneratus sine morte. Vita (ut canit Sedulius, lib. 5. Carmin. v. 282.)

Instaurata malis,
Sedul. *Cui licuit, sine morte mori.*

Difficile sanè videbitur; verum ut longum martyrium sit, in Monasterio perficitur: etenim in cruciatus, inimici hominis domestici eius. Adi Therefiam in Vita, cap. 31. à n. 7. ubi: *Indicabitur defectus, quod forsitan virtus: damnaturque innocens in ipsa virtute; quoniam iudex virtutis marterid utitur vitiose.* Hoc fortissimum certamen, quoniam in vita, quia vitalis, malignitas infert mortem: grandeque dicitur martyrium in virtutis obsequium; quoniam si vita defectus in martyrio semel virtute videtur, in virtutis studio semper remanet & rollitur.

² Instruens in vita communi ad perfectionem discipulos Divus Paulus; *Obsecro itaque vos fratres* (inquit) *per miseri-*

cordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum: & nolite conformari huic sæculo; sed reformamini in novitate sensus vestri. Expendenda singula, ut clareat vita perfecta. Corpus hostia Deo factum, ubi mediâ morte consecratum per martyrium. Hostia tunc in obsequium Christi fit. Verum in corpore hostia vivens quanam est? Si vivit, iam non hostia, si hostia, nequit esse viva. Erit victima, non hostia.

Victimam quæ cecidit dextra à victricem, vocatur Hostia.

Cur ergo Paulus non corporum victimam dicit, sed hostiam planè viventem? Quia religiosa vita, in vita subportat mortem; clareque in Monasterijs hostia, quæ dicata victima; quia quandiu iterit vita, adeit extremum tormentum, quod semel sustinetur per martyrium. Est enim mortificatio quadam viva mors, cum sensus vel in vivente non sint: hostia vivente factâ professione, ex perfectionis virtute; quoniam cum non sint nisi ad professionem mortis, virtute sanè comprobatur itatus, ubi ad sensum non sit sensus. Hinc addit: *Reformamini in novitate sensus vestri.* Erit virtus, si sensus vester, vester non fuerit sensus. Novandus necessariò, ut vita fit sicut congruit Monasterio, per patientiam in perfectionibus, per dissonantia sensibus, consecratis corporibus in hostiam morte viventem; quia corpus mortuum nullam habet sensationem.

³ *Perfecta enim vita est mortis imitatio:* inquit Gregorius Magn. 13. in Iob, cap. 10. Hæc est vita perfectionis, mors scilicet vitalis, qua motus & sensus demarcatur in sensum atque motum rationis; quia in Monasterijs sequi non debemus vitam, sed vitam perfectam. Semper enim nos qui

Ovid. 1.
Fastor.
v. 335.

Quomodo in vita qua victima, fit in sacrificiâ hostia.

Gregor. Magn.

vivimus, in mortem tradimur; ut hostia vivens sic corpus: mortuum mundo, & vivens caelo, in novitate sensus; ut vivat ex morte qui fuerit Monachus: etenim mortificationem Iesu in corpore nostro circumferentes; *vita Iesu manifestatur in corporibus nostris:* fert enim in vita corpus virtutis martyrium; quasi non haberet sensum. Vita Iesu exemplar est. Ad vulnera & opprobria nec aperuit os suum. Nihil respondit ad ea, quæ adversus se falsò erant restituta: Tradidit iudicanti se inique: erat enim mortuus à corde; sensibus integris sine doloris signo, atque sentiens sine sensu, nobis relinquens exemplum in conventu malignantium, sensum mortificatione, impatientiam nullius verbi; ut eius vita manifestetur in carne nostra mortali: igitur ut virtutum perfectionem, in cruce obtulit corpus hostiam viventem. Pendet emphasis, in vitâ religiosa congruam mortificationem. *Vita Iesu in carne nostra mortali.* Si mortalis, vita est: in hostia involvitur mors: vivensque dicitur hostia, quæ mortalis tantum victima; ut in carne mortali pateat imitatio vita Christi: quandoquidem vita Monachi mortificatione perfecta; ubi caro mortalis sine sensibus carnis iterit caro mortua.

1. Cor. 4.
10
Unde si tantum in morte, et mortis.

Verf. 11

Speculum in ara claustrum, omnino positum.

S. Bened.

introducitur demon. Non cogitant status deformitatem, huiusmodi cum sæculo conformationem: hostiæque viva sunt, dum morti in vita traduntur, qui nullo modo huic conformationi conformantur; quoniam mortem atque surgit persecutionum cumulus, si reformentur pravi in novitate sensus. Haud censetur religionis zelus, sed Religiosorum motus. Unde de Christo: *Commovet populum, docens per universam Iudeam, incipiens à Galilea usque huc.* Era: miraculum, & iudicabant seductoris embolium. Habebant in religionis reformationem reprobam sensum: & ubi sensus etiam intenditur reformario, commoveatur perfectio; ut quærentes religionis perfectionem, intenta reformatione transcant in hostiam viventem: etenim viva mors contracta à zelo (sensus mutatione, novitate, atque virtute) si reformandi noluerint huic sæculo conformari.

⁵ Exponitur institutum sanctum, & repellitur obsequium, quasi conturbationis studium. Haud legis vel rationis lege, vivere sine ratione, proterità professâ esse: sed ex facili conformatione, cum religionis picturata specie (quasi reformationis sanctitas esset turbulenta novitas) ita sensus rationis immutatur, ne relaxatio mutetur; ut quod obsequium rationale religioni, nec iudicaretur obsequium nec rationale; imò cum in assueta sensus ducatur, & sæculi conformatio nimis ametur; reformationi adversari per zelum fictum, arbitrantur obsequium & rationale. A Bernardo exponitur & zeli virtus, & pro fuga virtutis sæculi sensus. Sensus sæculi in Monasterijs oritur ex vocationis tempore, ex flammæ frigiditate, ex defectu penitentia, ex delectatione peccati, atque de propriis meritis infrunita, stolidâ exultatione. Sicine qui magis ambulat, magis errat; quoniam in circuitu ambulat. *Ubi corrigere mores, & priores nequitas de cætero non iterare proponit* (inquit serm. 3. in Annuntiat. n. 9.) *ipsa tamen peccata peccata licet amputata, remaneant quodammodo, vel remanere videantur; gratia non admittunt. Væ tibi, si forte vitis & peccatis perniciosior successerit ingratitude. Quid enim tam evidenter gratia advesatur? Tepefecimus processu temporis à fervore conversationis nostræ, paulatim refrigescit charitas, abscondat iniquitas, uti consummemus carne, quod spiritu caperamus. Inde enim est, ut minus ea sciamus, quæ à Deo donata sunt nobis in decore: pariter & ingrati. Timorem Domini relinquimus, religiosam omittimus sustin-*

Luc. 13.
5.

Si status sollicitatur per perfectio, ex oritur persecutio.

Vitæ formæ non est vita.

Bernard.

Non arduet reformatio nisi acciatur coram corruis.

tudinem, verbosi, curiosi, faceti, & detractores & murmuratores, vocantes nugis, fugientes labores disciplinae. Quid enim tantis repulsam obstaculis, gratiam nobis desesse miramur? Non potest aridire reformatio, queis placet morum corruptio; maxime conformatione seculi inventa, que vel in seculo forsitan desiderata.

6 Notat Hieronymus, aliorum in se carpens aviditatem, volentium in Monasterijs seculi sine forma conformationem. Nonnulli sunt ditiores Monachi (inquit Ep. 2.) quam fuerant seculares. Negotiatorem, & ex inope divitem, ex ignobili nobilem, quasi quandam pestem fuge. Qui vix millio, & cibario pane rugientem saturare ventrem poteram; similia & mella fastidio. Novi nunc & genera & nomina piscium: in quo litore concha lecta sit, caleo: saporibus avium discerno provincias, & ciborum me raritas, ac novissime damna ipsa delectant. Cum delectant ipsa damna, exultat vite forma. Nequit esse sensus novitas, ubi in seculi conformatione micat libertas; & iuxta relaxationem & seculi sensum, dirigi religio liberè potest ad labitum. Quid dicitis?

Hieron. Nequit esse vita novitas, ubi seculi liberata.

Claudia Paneg. Adali, à v. 138.

S. Benedicti. Forma ad placitum, religionis non obsequii.

Iam satis indultum studijs: se iura reposcunt. Aggredere & nostro rursus te rede labori, Nec tibi sufficiat transmissa gloria vite, Sed meritis tantum redeant, actusq; priores Commendet repetitus honor, virtusq; reducat Quos fortuna regit. Qui seculi conformationi in claustris ex more studet, surdis rationi auribus effugit solet. Vocari frugi, virtutis rationabile officium, sed seculi conformationi non est obsequium: allicique vivere religionis specie, non religione: seculi enim obsequiosum studium, vivere ut vivitur, & nequaquam prout vivendum. Quicquid putaverint, vel elegerint; hoc dicunt sanctum: & quod noluerint, hoc putant non licere: ut ex Benedicto pramissum in Liter. n. 17. Errant, quia relaxationem morum meliora putant: satque ut cognosceretur seculi conformatio; quod religio oriretur proprio iudicio: non ex tenore legum & formula regulæ, sed ex morum prout vivitur electione, iuxta desideria voluptatis corruptelas approbantibus; & disciplinam renuentibus: ita ut in illos qui sollicitant sensus pravi novitatem, debacchantes ex phrenesi commoveant perfectionem.

7 Pericit sane, qui in his meliora charismata emulatur; nisi in Dei protectione commoraretur. Subit molestias afflicti Davidis, quisquis decorum intenderit professio-

tionis. Contristatus sum (ait) in exercitatione mea (impetam coherere dissonantium morum, virtutis est exercitium) & concubatus sum a voce inimici & a tribulatione peccatoris. Vivide. Nihil in illis virtutis, sed voces & voces: igitur si religionis aliquomodo exponitur decus, peccatores mutantur in adversarios. Unde conturbatur cor, quia Formido mortis (subditur) cecidit super me. Non mors, sed formido mortis, ut pateret hostia vivens: quandoquidem qui religionis intenderit pulchritudinem: in vita subibit mortem. Verum unde? An quia contexerunt tenebræ? Apusillanimitate spiritus & tempestate. In theatrum zeli puri, atque morum corruptelæ. Proponitur religionis forma. Hinc in pectoribus ira. Obsequium conforme rationi, obsequium dicitur, sed nequaquam rationale; quippequam vivitur conformationi seculi, & inolevit relaxatio priorum refugentium morum, suffocantibus spiritum. Tepuit charitas, flamma preavaluit frigiditas; ut qui prius studebant institutis formæ exactæ religionis, fierent verbosi, curiosi, faceti vacantes nugis: simulque desinantur spiritus pusillanimitas, & procellosa tempestas; quoniam qui sollicitant splendorem religionis, nihil sepe sapius audiunt præter tempestates, penè naufragantem vitâ, quippe in illos detonat frequens Comendat repetitus honor, virtusq; reducat Quos fortuna regit.

Verf. 54

Verf. 59

Unde i. p. festates in obsequio vana zelatores

Qui seculi conformationi in claustris ex more studet, surdis rationi auribus effugit solet. Vocari frugi, virtutis rationabile officium, sed seculi conformationi non est obsequium: allicique vivere religionis specie, non religione: seculi enim obsequiosum studium, vivere ut vivitur, & nequaquam prout vivendum. Quicquid putaverint, vel elegerint; hoc dicunt sanctum: & quod noluerint, hoc putant non licere: ut ex Benedicto pramissum in Liter. n. 17. Errant, quia relaxationem morum meliora putant: satque ut cognosceretur seculi conformatio; quod religio oriretur proprio iudicio: non ex tenore legum & formula regulæ, sed ex morum prout vivitur electione, iuxta desideria voluptatis corruptelas approbantibus; & disciplinam renuentibus: ita ut in illos qui sollicitant sensus pravi novitatem, debacchantes ex phrenesi commoveant perfectionem.

— Syncera bonorum Congeries, in quo veteris vestigia resti, Et ductos videt mores meliori metallo.

8 Sit exemplum in Theresia, in quam irruit, sed non demersit tempestas maris, dum pro religione audivit ex procellis periores voces.

Namquam periculum sine periculo vincitur. Mirabiles elationes maris: mirabilis in altis Dominus, qui concessit illi liberaliter refugium à vocibus aquarum multarum. Quanta procella excitata! dicit ipsa in Vita, cap. 33. n. 1. & 36. n. 7. Male audiveram (inquit) in meo Monasterio, & grassabatur nimis murmuratio. Dicebant illius esse propudium & opprobrium (Proh dolor! Deus & celi ornatus, religionis dedecus!) ibi commotus sequi & obsequi posse Numini, que sine comitum degebat amore: potissime cum pro me sanctitate storerent plures alie. Minime intendere huiusmodi in reli-

Pf. 144. 3.

Verf. 54

Verf. 59

Unde i. p. festates in obsequio vana zelatores

Claudia dv. 134

P. Sicut Mira, 210.

Crus Theresia in regule reformationis.

Vigoris reformationem, propter religionem; seâ propter novitatem, ut intelligeret esse aliquid, & illustre haberem nomen: igitur ambulabam in magnis & mirabilibus super me. Ibi si vellem inventuram religionem, quam querebam; aliter, uti novum, etiam populo excitabat scandalum. Quid plus? Dicitur ex eis que passa est. Unde cavet, & flagrantibus zelo reformationis, dicit Tom. 2. Epist. 25. n. 2. & 47. n. 2. Vel verba circumspicere & cum reflexione proferenda; quippe numeranda, atque nullum sine nota: imò pendendum per apices in abusus, ut contrarios sonet sensus; minime iuxta illorum intentam ex an no formam, sed iuxta pravam audientium intelligentiam: etenim non audiunt capiti, quod adiunt, sed que audire volunt: & in loquentium perniciem, que audire vellent. Filij matris sue adversus illam pugnant, atque tela retorquebant: expresso valido certamine persecutionis, quia in illam pugnant fratres. Virtute eximia, vel atate illa, floruit Petrus de Alcantara: Deoque dicere solebat, Super illum caelum pluere calamitatus atque persecutionibus; sed non à fratribus. Si inimicus maledixisset, ac replet opprobrio, abscondisset se forsitan ab eo. Erat tibi cum simul sit, cuncta videt, cuncta observat, cuncta notat, ac explorata in portionem sensum retorquet. Si loquitur, maum: si tacet, peris: ait Scribani, 3. Medici relig. cap. 18. & Luvenal. Satyr. 3. v. 297. Dicere si tentes aliquid, tacitisque recedas, Tanquam est.

Menito.

Ludov. Legion.

Persecutio à fratribus, grave animæ pondus, Scriban

Iuvenal

Claudia dv. 134

P. Sicut Mira, 210.

Pf. 108. 4.

Crusius

Facto pius & interdum sceleratus eodem, iuxta exploratoris conamen, qui sedet in insidijs, ut interficiat innocentem. Petrusque fugit huiusmodi terramen etiam fortissimo corde; quia timeret vinci reequidem in pugna fratrum toti mala; ut ad ipsa usquequaque fuganda, non sit patientia: vel qui his contradictionibus morum induerint reformationi; ne valeant adversarii, sunt custodiendi tota protectione cæli.

9 In angore Theresia meritum fulget martirij, verbis David exprimendi. Illam tabescere fecit zelus, nec pro restauranda perfectione legis cadebat animus, vel tot ærumnis; quia Dei mandata debent custodiri nimis. At quid ex zeli flamma? maior ærumna. Pro eo ut diligenter, detrahebant. Ego autem (dicit) oravam: igitur ex lolo frugi; mutatio dextere Excelli.

Recaant amant mille contumelias, Pro commodis incommoda.

Vita deficiebat in dolore, & in gemitibus

anni. Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium, & vicinis meis valde, & timor notis meis. Qui videbant me foris fuerunt a mei oblivioni datus sum, tanquam mortuus à corde. Factus sum tanquam vas peccatum: & audivi vituperationem multorum ambulantium in circuitu. Ita conformati seculo iudicij errore, observantes vanitates supervacue, & simul renuentes reformationis formam: ceterum Deus iudicavit causam suam: ita ut confundentur desideria erubescencia, mutaque fierent labia dolosa; que loquantur adversus iustitiam iniquitatem in superbia & in obusione: ut etiam cognoscerent quam magnâ multitudo dulcissimæ tue Domine: quam absconasti timentibus te: igitur perfectissimi eis qui sperant in te in conspectu filiorum hominum. Abscondes eos in abscondito faciei tue a conturbatione hominum: proteges eos in tabernaculo tuo a contradictione linguarum. Labores Theresia portenditur argumentum, simulque martyrij aperitur sparium. Dicam ex Terentio, Heautont. Act. 2. scen. 3. à v. 57. Magnam hoc signum est, dominam esse extra noxiam.

Pfal. 30. à 11. Biaz mar tyrum ex zelo.

Verf. 76

A v. 19

Terent.

Non sit sine periculo facinus magnum, Et memorabile. Hoc vide.

10 Evehere satagit Theresia Carmeli regulam, in viridem observantiam primitivam. At que passa! Que non passa! In eam tota relaxationis commotio. Audivit vituperationem multorum ambulantium in circuitu (ut vidimus) illorum notata dedecus. Lege Tom. 1. Epist. 27. n. 3. In vite perfectionem cogitantur insidie: sed observantur vanitates supervacue; quippe vanae observationes sine nota vanitatis: etenim non cogitabant que videbant, observantes supervacue que cogitabant. Leves videntur minime passis, molestia: sed in hostiam viventem onus grave, propter regulæ formam subire lites, & haberi pro actis, vacuas & supervacuas aliorum observationes. Nihil in actis vel observatione fuerit, sed loquantur adversus iniquitatem in superbia & verborum abusione. In superbia, quia que sanctitas, vocatur iniquitas: equidem humiliter status perfectionem amarent, ni de relaxatione superberent: quia peccatores non se credunt, ed deterius peccatores fiunt, erubescentes de corruptelæ nota, verum non de corruptelâ, arbitrantes superbe apicem perfectionis, non ex virtute legis, sed ex lege auctoritatis; quasi esset audacia in professione notari, vitam deformem ex conformatio-

Quæ omnia in buluano modi pæna.

Pfal. 30. 7.

Unde que vident

ne seculi. *In abusione.* Etiam verba obser-
vantur, neleges ad amulim observentur.
Retorquent illorum sensum, an sit estu-
gium: etenim cum aliud zelus dicet, &
aliud apud desipientes noter: exponitur
grande tormentum ex abusione verborum:
crimen enim inmagulatus, ut dedecus au-
dit; quod nec unquam in cogitationem
venit. Hac utique conturbatio hominum.
Quanam ergo erit pena ex contradic-
tione linguarum? Qui vivere seculo student
reformationis novitate conturbantur, ser-
vanturque impolluta, ne pateat morum
deformatorum veritas. Adi Nider in *For-
micar.* In caelum ponunt os suum, quasi
non esse, esset lex. In zelum loquuntur, sed
quod modo placuit, verbum post displi-
cet, quousque meliuscule deauretur, ut fa-
cilis à levi corde credatur. Imponitur
aliud & aliud & aliter fingitur, estò con-
tradictur, negantibus quod aliter dicitur, aliter
tibus quod negaverunt. Hac contradic-
tione linguarum; quia infirmata sunt contra eos
linguae eorum. Vere languent, nec de lin-
guarum contradic-
tione dolent: equidem
hoc pendunt, modo imponatur crimen,
effugere quae perspicuo implicat contradic-
tione. Furere debacchantur in medicos,
quia reuener salus; est se noverint vulne-
ratos & aegrotos. Modo contra dicant;
quid dicunt vel dixerint, nequaquam cogi-
tant. Loquuntur in superbia & in abu-
sione, quippe ab illis duntaxat illorum lin-
guae. Dicunt sepe, & contra dicunt, quan-
tumvis contradicantur. Generatio profes-
sio prava.

Cucius

Innocens scelerum maculas insigere docta,
Horribili tumidas voce sonare minas.

11 In rem ergo. Ex sermonum varia-
tione, & varietate argumenti (maximè ha-
bitus, status, atque virtutis colore) quia
videtur incredibile, ita fari, & ita non esse
& aliqua creduntur, est plura sine fidei
assensu pratermittantur, dedecorata virtu-
te vulnerata veritate; quia dicunt multi,
est contradicantur, qui contra dicant. Eva-
nescit religionis decor, fugit honor; queis
vulneribus sacrificatur anima, & mors vi-
detur in vita, ubi zelus videtur cunctis op-
probrium, atque religio irrisoribus ludi-
brium: caditque coram altari, qui incumbi-
bus reformationi; quoniam acerbis præ-
vulneribus martyrium, conturbatioe homi-
num, contradic-
tione linguarum. Multi
sancit, Sic & non aliter est: alij, aliud &
non sic. Suffinetur in Deo pro veritate
speratur. En abscondita dulcedo, quae ne-
quit discuti in mundo, quia introducit;

Ingen-
tur cri-
spina.

pena, estò facta & commenticia sint crimi-
na: Vatesque Dei protectionem dicit, ubi
dedecus huiusmodi evanesce; & quippe
necessarium Dei auxilium, ubi his orta con-
tradic-
tione linguarum, & perturbatione
hominum. Verum in causam aeternam
que discussionem (an sit crimen, vel non
crimen) nonne constituit Superiores? Eg-
regie, ni eiusdem existant facturis: etenim si
laborant aegritudine; peior bona causa,
absque ulla medicina dolori? Dicit ipsa
Theresia, quae pro reformatione subijt tor-
vulnera. *Quandiu Reverendiss. Generalis*
(inquit Tom. 1. *Epist. 59. n. 2.*) *excerbat-
tus fuerit, abunde erit in exercitium &
meritum.* Deus denudat embolla, sed tur-
bat affectio caeca. Causam exhibet, *Tom. 21*
Epist. 22. n. 4. *Cum testem non inveniunt,
pro arbitrio quarunt, qui nihil dicant.*
Nonne acre martyrium, sicine obscurari
verum, prævalere iniuste opprobrium, res-
flesque quari ex lubito voluntatis, ut si
non crimen, saltam remaneat species? Non-
ne vehementiorem superat animæ poenam,
quod iniquitas bene dispensata veritatur in
iustitiam? Ita Hieronym. *Epist. 157.* Haud
despondeatur animus, charissimi fratres.
Non sunt dignæ passiones huius tempo-
poris ad futuram gloriam, quae revelabitur
in nobis. Leve enim hocce tribulationis
momentum, aeternum pondus operatur in
gloria. Quomodo in huiusmodi sensibili-
ore martyrio unufquisque se geret, docet N.
Patriarcha.

12 Si in ipsa obedientia duris & con-
trariis rebus, vel etiam quibuslibet irroga-
tis iniurijs; tacita conscientia patientiam
amplectatur (ait Regul. Sancti. cap. 7. sub-
ditque) & ostendens universa etiam contra-
ria sustinere debere; dicit ex persona susse-
rentium: Propter te morte afficimur tota
die, estimati somus ut oves occisionis. Morti-
ficantur, vel moriuntur? His ergo con-
notat mortem, ut exhibeat Monachi vel
corpora hostiam viventem: siquidem dum
(non spiritus probatione, sed potentia in-
solentis malignitate) duris, vel rebus con-
trarijs, vel irrogatis iniurijs (quid si simul?)
exercet pravi Superiores imperium; in
vita ostenditur acerbissimum martyrium;
& acris ipsa morte, quippe quotidie. Gab-
riel Bagnotius hic succinit:

— Si lasus iustibus inflat,
Iusta quod extremo sine corona datur.
Te propter placida cadimur instar ovis.

Vivide. Extremo sine; quia si quotidie, in
extremo cruciatuum, non datur finis ex-
tremum; sed in vita pena mortis, quin

Marty-
rium in-
necatiò

Theres.

Domi
Prata'us
in iusti-
dio, reli-
gionis
conturba-
tio.

Hieron.

S. Ben.

Crucia-
sus ani-
ma, &
decurfa
soto vita

Bug-
no.

videatur in solamen consummationis finis
aggravatque in martyrium tormentorum
arumnam; ubi nihil in levamen nisi com-
plecti patientiam: quae quidem penitus nec-
cessaria; dum sine sanguine, cordium vi-
detur carniocina. Hinc Bernard. in *Senten-*
14. non lateant præter Monachis coro-
nam, sed purpuream. *Purpurea Confessorii-
bus* (ait) *quia vestigia Dominica passionis,
& in suis corporibus vulnere Christi sti-
gnata portant.* Hæc caelestis vita, sed la-
boriosa; quia etiam multiplicantur vulne-
ra sine cauta, & in ampliora & acerbiora
vulnera. *Dulcis tyrannus amor:* dicitur à
Platone in *Gorgia*, & Euripide in *Andro-
mach.* v. 500. Appositè: munus tyranni ce-
dit creditus amor: diciturque tyrannus,
ut consistet patientie scopus: igitur quoti-
die sustinet amor, quod semel infert tyran-
nicus furor. Tyrannus vitam bile commota
tollit: at ut iterum adimat, non restituit.
Occidit semel, quamvis de penis innocen-
tium ridet. Amor magis tyrannus, ubi pa-
tientiam amplectitur qui tyrannice laesus:
etenim mortem dire subeunti, vita ablata
restituitur; ut qui dolore mortuus denud
moriatur. Vide dicta *Tautolog. 7. à n. 23.*
— *Volucres basere sagitta;*
— *Atque nova redierunt in pristina vires.*
13 *Hec, heu Domine Deus* (clamat
Bernard. serm. 1. de *Convers. Pauli*, n. 3.)
*ipsi sunt in persecutione tua primi; qui vi-
dentur in Ecclesia tua primatum diligere
gerere principatum! Arcem Sion occupave-
runt, apprehenderunt munitiones; & uni-
versam aciniceps libere & potestativè tra-
dunt incendio civitatem. Misera eorum con-
versatio, plebis tue miserabilis subversio
est.* Causam indicabo *Tautolog. 10. Didasc.*
2. *Quid faciemus viri fratres? Indulgere, ut
pravealent pravorum cogitationes: trans-
fere & pati, licet impediatur transire. Nemi-
nem dantes ullam offensionem, vituperat-
ur ministerium nostrum; quamvis exhi-
beamus nosmetipsos sicut Dei ministros
in multa patientia in tribulationibus, in
necessitatibus, in angustijs, in seditioni-
bus, in laboribus, in vigilijs, in castitate,
in scientia, in longanimitate, in suavitate,
in Spiritu sancto, in charitate non ficta, in
verbo veritatis, in virtute Dei, per arma
iustitiae à dextris & à sinistris, per gloriam
& ignobilitatem, per infamiam, & bonam
famam, ut seductores & veraces, sicut qui
ignoti & cogniti, quasi morientes, & ecce
vivimus; ut castigati, & non mortificati;
quasi tristes, semper autem gaudentes; si-
cut egestes, multos autem locupletantes;*

Bernard

Plat.

Cur
amor, ty-
rannus
dicitur

Virgil.
12. *Aen.*
à v. 415

Bernard

2. Cor. 6
à 31

tamquam nihil habentes & omnia possi-
dentes. Usque in hanc horam & esurimus
& sitimus, & nudus sumus, & colaphis ca-
dimur, & instabiles sumus, & laboramus
operantes manibus nostris: maledicimur,
& benedicimur: persecutionem patimur,
& sustinemus: blasphemamur, & obsecra-
mus, tamquam purgamenta huius mundi
faci sumus, omnium peripetia usque ad-
huc: quippe opprobrium abundantibus &
despectio superbis. Ita ad Deum oculi sur-
sum elati donec miseretur nostri. Ob hu-
iusmodi intuitum, quoniam gravis eru-
nna; premitte Paulus: *In multa patientia:*
etenim in martyria successiva & quotidia-
na, non solum necessaria patientia; sed
etiam multa. Ita enim rabies malignitatis,
illatis rebus diris, conctarijs, atque exqui-
sitis iniurijs; quippe turioso, insolenti pos-
teltate, ubi relum pervenit ulque ad ani-
mam, pressos tot malis etiam habere pa-
tientiam. Relinquit Dominus virgam impio-
riorum super fortem iustorum; & urgetque
usquequaque calamitas: at non extendunt
ad iniquitates manus suas, quo tabescent,
affliguntur affligentes, qui vellent eos ini-
quitatum habere consortes.

14 Materiam utrorumque in maligni-
tate & virtute exponit Paulus. *Lubentes*
(inquit) *sufferitis insipientes, cum sitis ipsi
sapientes: suffinetis enim, si quis vos in ser-
vilitatem redigit, si quis devorat, si quis acci-
pit, si quis extollitur, si quis in faciem vos
cedit.* Hac athletarum arena, qua pugnat
patientia multa. Tolerantur insipientes à
sapientibus; qui magis desipiunt, quia tol-
lerantur: etenim non ita debaccharetur
stultorum audacia, ni tanta in subditis in-
veniretur patientia. Hac abutuntur & ma-
lignè, ansam quaerentes improbitati: equi-
dem cum non inquirant criminis excusa-
tionem, sed crimen, vel quoad speciem
votum desipientia suribunda capiet, si pa-
tientia aliquomodo defecerit: quippequam
ut adulterur lææ furore phantazie, non
ducuntur veritate sed colore: quo viso, seu
cogitato, manibus plaudunt, quia ex insi-
pientia intolerabiles sunt, furorem vocan-
tes zelum in malignitatis lenociniam: quod
quidem libenter fertur ex abundantia pa-
tientia; quia toleratur etiam intolerabile.
Est exercitium, & ipso in merito præmium:
etenim favore gratia, cedit patientia glo-
ria; insipientes videre patientia abuti, at-
que patientiam habere. Hinc David, ut ex
patientia sine labe explicet cor, Numini
dicit: *Tu scis improperium meum, & con-
fusionem meam, & reverentiam meam.*

1. Cor. 4
à 11.
Quos pæn-
tiam crucia-
tus res-
gionis nō
laud

Sop. v. 4

2. Cor.
11. 30.

Ad quos
necessa-
ria pati-
tia, &
multa.

Psal. 63
20.

Hhh
Stp.

Student pravi iustorum improprio, ex quo innocentium confusio, quippe innocencia ex improprio polluitur, & virtus specie pravitatis maculatur. Desipientia debetur despicere, non honorari: reverentiaque improprio & confusio additur, dum David innocens à pravitate Superioris premitur; ut clareat excellentia perfectionis virtutis, vel illatis in confusione phreneticis improprie: igitur altius perfectionis culmen, quod à Superiore sine iure inferatur iniuria; & vigeat simul Superiori reverentia. *Quanto contemptibilior est qui praesidet; tanto magis humilitas obedientiae placet:* dicebat Franciscus. *Adi in Opus. lib. 3. Collat. 25.* Semper dignitati honor debetur, etsi contemptibilis dignitate infipienter abutatur: & ubi in confusione ingeruntur opprobria, propter patientiae decorem intercedit reverentia; quippe magni, ferre duris, contrariis rebus, etiam quibuslibet irrogatis iniurijs, Superiorum dissolutam sine cerebro phrenesim; & exhibere amentibus debitum Superioribus honorem.

15 Pende ipsius oppressi iudicium, in illorum cranium vacuum. *Induuntur* (Hebr. *Induuntur per Enallagem*) *confusio* & *reverentia*, quae magna loquuntur super me. *Bib. Antiq. Qui maligna loquuntur, dum dicunt: Devorabimus eum.* Per emphaticum dicuntur magna, quae maligna; ut malignitate confirmetur innocentia. *Susfragantur* (subdit Theresia, *Tom. 2. Epist. 84. n. 3.*) tot imposturis accumulans, ut audientes ne quid credant. Hinc qui super me loquuntur magna, induuntur confusione & reverentia, attoniti in munere, quo desipienter demonstrantur sine mente. Subditos pudore suffundunt, impropereant, denigrant, propudij vexant, simulque delirant, gloriantes in malefactis, fomite postestatis insolentis: igitur sollicitant reverentiam, contrahentes confusiois ignominiam. Illos fugit, vel fovetur error, ubi ex pudore inquiritor honor: confusioque & reverentia necitur, ubi illorum malignitas debacchatur; quippe quae in propudium usurpari & dedecorari honoris, arbitrantur reverentiam, auctoritatem dignitatis. Hac putrium viscerum gloria, & subditorum patientia, unde martyria. *Opprobrium insipienti dedisti me;* subdit: semper frontem pudor gravat, etiam si cordatus increpat. Rubet facies, sed patientia non ita est dira acerbitas doloris; sicut ubi opprobrium insipienti, dignitatis potestate, qui cognoscit patientiam subditorum, & in

Virtuti culmen, honorare Superiorum reverentiam.

S. Franc.

Psal. 34. 26.

Enallage

Theres.

Pravitas Preglatis ex dedecore decur.

Psal. 3. 9.

deliria nec obitare verbum. Quasi silentio plauderentur, ineptijs procedit ultra: sicque probatur usque in extremum patientia; quoniam qui pollent virtute & claritate rationis, sustinent Superiores insipientes desipientes. Haud alter Seneca illufus ab insipienti Caligula; quasi sententia sine sale & sine pondere (de quo Sueton. in eo, cap. 53.) cum Tacit. 13. *Annal. cap. 3.* dicat illius temporis prodigium, *amentissimum ingenium. At punitis ingenij gliscit auctoritas:* dicit idem lib. 4. cap. 35. & in *Agricol. cap. 2.* Erat Imperator: nec illi videbatur superius habere regimen; ni desipientia sapientiam despiceret superiorem. *Quid ultra? Amplior patientiae praesertur materia.*

16 *Sustinetis enim* (infit) *si quis vos in servitutem redigit.* Isthac servi proprietates, si super liberos concedatur dignitas; in quo exercitium acris habet patientia, quippe liberi tyrannice habentur uti mancipia, quae opprobria & iniurias arbitrentur uti obsequia: etenim minime tenentur superiorem habere dignitatem; ni subditorum reverentiam redigant in projectam turpissimam servitutem: ita ut solvant, quod non rapuerunt, nec rapere cogitant: equidem nequeunt, quod avidè cupiunt esse divites, ni subditi fiant & in extremum pauperes. *Quem dabis* (ait Bernard. *serm. 77. in Cantic. n. 1.*) *de numero Praepositorum, qui non plus invigilet subditorum vacuandis marsupijs; quam vitij extirpandis? Peccatorum pretia exigunt:* igitur si sint lucelli, crimina nulli. *Sustinetis enim si quis devorat, si quis accipit.* Ubi aridum munera, semper morum invalescit corruptela. Ni Praelatus acceperit, erit legum observantia: ex cuius defectu in probis necessaria patientia; quippe ni dederint, poenas de virtutibus luent: carentia enim munerum excitat frequenter procella persecutionum: igitur adintra Neronis, haud aliò imperant, nisi ut opes extorqueant, emungant, atque voraces corrordant. Si non deseruntur, tollunt: Paulusque patientiam signat, si quis devorat; quippe patientiae perfectio, si bonorum rapina sustinetur, cum gaudio.

17 Aliud etiam patientiae argumentum exhibetur. *Si quis extollitur:* Sustinetur utique insipienti, qui sibi videtur sapiens: igitur gravat patientiam; literis illum gloriarum, qui non cognovit unquam literaturam: & quem omnes indignant idiotam & insipientem; ratione dignitatis se censere Salomonem. Arbitratur, sapientiam cum honoribus infundi; manet in honore, sine ho.

Ubi fug. v. 20.

Esrum tyrannus, & rapacitas.

Bernard.

Ubi fug.

Ibida.

In devotissimi Praesumptio.

honore sapientiae: quandoquidem ridetur ineptus, quia constata vanitas & praesumptio spiritus. *Scientia inflat:* estque garraonen, vel in sapiente videre inflationem: in Galtoque apica Minerva plus fastinetur; quoniam sine scientia extollitur & inflatur. Ab huiusmodi phantasia erit sapientum usitata contumelia: etenim cum horum invideatur plausus, quia doctores cognoscit mundus, atque ex scientiarum fama oriatur merito gloria; cupit idiota habere per extollentiam in dignitatis fastigio, quam nequit parere nec studio nec ingenio. Quaecumque ignorat, blasphematur, quippe literas non habere cogitat; sed ostentare intendit, quod non habet, despectu sapientiam, ut vendat subditis famam: igitur scientiam audacia ex munere non despiceret, nisi amplissimam haberet. Extollitur, tuncque doctus & eruditus in faciem caeditur: siquidem illi videtur, plenam non accipari inaniam ostentationem; nisi insciam doctis exprobrat sine fronte, facie ad faciem. *Quid autem habes, quod non accepisti?* Tunc ex inflationis phantasia & illusionem; quippe extollitur, sed tollitur pomposa ex dignitate scientiarum ventositas, ubi evanescit finito tempore dignitas: ei autem qui non habet, auferitur ab eo, quod videtur habere. Dum superbit impius, incenditur pauper. Nil mirum: in faciem caeditur, dum insipientis fatue extollitur: pungit enim animum tubelle Superiori desipienti; sine literis inflato, literarum vanitate. Vel elevatus, apparet stultus. Si enim haberet intellectum, ori suo profecto posuisset mapam; sed

Attende magis

Ternidi, ex bit qua videtur ubi habere.

Virgil. t. Eclog. v. 83.

Deuter. 25. d. 12.

Perfelli monachi mores, exempli commissuratis.

domum exprimit (si lege exire in libertatem potuit, nec exire velit, sed manere in ecclesia servitute) ne alij atque alij abutantur libertate. Patitur, sed bene sibi sentit, etsi transigitur: quippe postea summam perfectionem cor, ubi eligit abiectionem esse & vivere in domo Dei, maioris ducens in domo Dei abiectionem, quam extra in saeculi tabernaculis adipisci libertatem. Qui hanc esse servitutem desiderant avidè dicunt: *Figi: Vernacule: Que se clava.* Ne audiantur huiusmodi voces, à religione perforantur aures: igitur praesertim religione, pelluntur libertas cancella à lege, & honore & dignitate; quin nec caput movere possit, quem ianua domus regula subula figit. Labor utique est, ceterum servum hoc bene vulnere fit: sustinetur insipienti, qui potestare furit; qui Dei servitium tyrannicam redigit; qui devorat, accipit, extollitur, ut vel facies crebris opprobrijs caedatur: sed manet qui fixus in catenis dulcibus religionis; quamvis iniurijs & contumelijs crebro perforentur aures. In capite, quia intellectio, sedet hominum cogitatio; aueritque sic vulnus; quin ex vulnere videtur capitis motus: igitur in vulnus Superiori pravus imponit, quod nec faucibus articula cogitavit. Ex eius ludibrio, à Superiore etiam Numinis, fit exprobratio; quoniam dignum arbitratu insipienter damnatione, quod debebat xmulari. Delinquit, sed excessus malignè excusate intendit; denudè eius perforans aures; qui in afflictionem elegit voluntariam servitutem: igitur exalceratione vulnerum, opprobria Dei maiclati exprobrantur, super faucium ceciderunt. Nonne hoc bene praesens grave martyrium? Satiùs semel perire, quam tota vita pendere, Phlegiae tormentum, semper cavere, quamvis non patiarur ictum. *Multo magis semel invareret emori, quam vivere in dies acerbè singulos.*

Unde eius vita continet personam

In penna corona.

Aeschyl. Prometheus v. 723.

Claud. Gelic. v. 224.

Culmina fumant.
18 Huiusmodi malis, alijsque vexationum xrumnis, Monachi cruciatur vita; sed habetur ex palestra corona, quia libere necessaria: maxime in illo qui vult & placet perpeti, potenti servitutem evadere. Uluvenit iugum (licet sicine instuave) amanti Monacho, quod olim sponte servo. Ita ergo lex *Exod. 21. d. 4.* quae quidem denudè regetur. *Si venditus fuerit frater tuus* (perperam servico, qui servit quasi vanitret) *& sex annis servierit tibi, in septimo dimittes eum liberum: si. Sin autem dixerit: Nolo egredi, et quod diligat te & domum tuam, & bene sibi apud te esse sentiat; assumes subulam, & perforabis aurem eius in ianna domus tua, & serviet tibi usque in aeternum.* Hoc bene fit in Monachi professione, ut possit in virtutibus florere: igitur propter religionis servitutem, cedit plena libertate libertatem: amoreque in



in imperij prognolcon: igitur imperium suis coloribus pinxit, dum lutum in piguis dedit. Luto opplevit. Patuic Vespasiani prudentia, & imperantis infania, qua dominationis dissolute exercebat phrenesim, propter potestatem relegans a fronte pudorem, dedecore maculans subditi vestes pretiosas: etenim furens, inverecundi, adiatrephi & peticacis: opplere fardisime luto, virum illustrem & dignissimum imperio. Vernacule: Es loca insolentia, y descaro summo; porque tiene el mando, a un hombre honrado ponerle de lodo. A sanguinis spuro, puris spatum, malum: inquit Hippocrates, 7. Aphorism. 15. Humores inter nos expuere, malum utique: verum pus, in extremum malum est: foetet, quod intime patuit; & saliva deprompta designat putrida viscera. Sanè parulentum pectoris ulcus, quo pus vomitur, & nequit fervare contumax introrsum pectus. Terramotus magnus factus est, & Sol factus est niger. Quidni terram commoveret; ubi ordinabatur motus, quo Solem vel latentem denigraret? Placebat videre insignie Luminare sine splendore; & signare plenum fumo, dignum throno, & dignum caelo, ut luto oppleretur, qui illuminebat, haud alia de causa, nisi quia nimis laebeat: & excitato motu, & apposito luto; licet non fuisset, saltem niger appareret. Verba non considerat dolor cordis, minus insolentia dignitatis; quia pravis huius splendore impune licentia, quicquid furori lubitum legibus potentiae & proliobio peticacis.

Tunc corde sub imo Inclusam rabidis patefacit voelibus iram, Anxius & ceco praecipit audacia vultu. Huiusmodi adiatrephi (que ferè radurgie) causam signat Rhetor Seneca, Controv. 34. Homo (inquit) acida lingua, qui nimis liber eras. Puto, quia diu non fuerat ex seruo coens; ex ovo lethearius, ex letheariusque ad amicitiam Caesaris felix. Usque ad utramque fortunam contempsit, & in qua erat, & in qua fuerat, & procaax & audax & dicax. Superiori & Principi quia licent omnia, non omnia licent. Sepe quia ab auctorato, plauduntur: ceterum non omnia expediunt; quippequam rabiosa silentia rodunt.

Modestia lingua Praetori. Ut ait Platarch. in Pericle, & Erasim. 5. Aposhibezm. n. 2. r. ex Menandro: Modestia promptuarium virtutis Iudici necessaria in correptione.

Non enim adinstar Citerie (que Romae ferebatur in pompa) ut aliquid audiretur

festivè, cuncta replenda pipere mordacique sale: equidem etiam veheretur in pompa, erat figura ridicula, & velamine larvæ praeferiebant contumelias. Ad Festum Pompei. lib. 14. Nullum enim probum, sed probrum a veste vel potestate verbum: igitur modò non habeat iudicij frenum, uti liberè promptum, nonnumquam extra iudicium: quod quidem abiit, ubi non ad proliobium ratio circumspectione praesidet. Audiatur N. Patriarcha, d. cap. 63. Non conturbet gregem sibi commissum (inquit) nec quasi liberè utens potestate, iniuste disponat aliquid. Lingua nostra (subscribit Gregor. Magn. lib. 7. Epist. 113.) bonis fomentum sit, pravus aculeus: tumidos retundat, iratos mitiget, pigros exacuat, desides hortari succendat, refugientibus suadet, asperis blandiatur, desperatos consolatur. Si quando per hostia orem de commissis gregibus error abduxerit; toto illam ad visu ad causas revocare Dominicas contendamus, ut de pastoris nomine quòd habemus, non supplicium, sed praemium consequamur. Ad haec nobis operanda, Deus & velle tribuat, & posse concedat. Cur ita gratia divina imploratur, ad haec sine lingua munia?

7 Dicit idem, Pastoral. 2. q. cap. 10. Dam ad increpationem se mens doctoris exasperat; difficile valde est, ut non aliquando & ad aliquid quòd dicere non debet, erumpat: & plerumque contingit, ut dam culpa subditorum eum magna invectione corripitur; magistrum lingua usque ad excessus verba protrahatur. Cumque increpatio immoderate accenditur, corda delinquentium desperatione deprimentur. Unde necesse est ut exasperatus rector, cum subditorum mentes plus se quam debuit percussisse considerat; apud se semper ad poenitentiam recurat: ut per lamenta veniam in conspectu veritatis obtineat, ex ovo etiam quòd per zeli eius studium peccat. Sic enim lignum securis effugit cedentis manum; atque percutit, vel interficit amicum. Haud excusatur, quia incaute: constat istius vulnere vel morte. Quid si forte gnara, meditante ex industria dirigit propolitem; quia incuria & casus potest specie nanciscit effugium? Specioso saepe velamine venerabilis virtutis, obducitur dolor cordis: & quae apparet exitu zeli fucati flamma, ab heri & nudiustertius est mediata vindicta. Fovet utique in occasionem ultionis, implacabile odium; & quasi incaute ex consulto percussit, quem habebat uti amicum. Quia non superior, diutius simulatus perdidit labor; quippe si auderet, non impunè

Deoter. 19. 5. Quod videtur in correptione non zeli flamma, est odij vomicae.

Idem. Sape qui corrigi, terribitas insidiosa transiit.

Hi. ppocr.

Apocal. 6. 12. Immundit infignit, alius macula. re.

Claud. Rufin. a. V. 34.

M. Sen. Feri vili procaax.

Plotarch.

Menand.

Plotarch.

Qua si gara Ci. toria, & curia Symbolist

S. Bened. dicit.

Qualis lingua iudicia

Greg. Mag.

Idem.

Deoter. 19. 5. Quod videtur in correptione non zeli flamma, est odij vomicae.

fecisset: verum quàm valet impunè; — Dedidit iam bona verba loqui. 8 Qui acerba passus, exprimit furoris impetus. Doli & vafri callide oculantur in blandimine. Euge, euge, viderunt oculi nostri. Psalm. 34. 21. At quid ex tot fucatis blanditijs? Circunderant me sicut apes. Nonne alia infesta acrioris fecticie? Sanè. Cur igitur signatur vulnus ab apibus, cum sit levissimum vulnus? Non est querela de gravitate vulneris, sed de intentione & proposito inferentis. Vide dicta, Tom. 5. T. 6. D. 4. n. 10. De apibus Homer. Illad. 12. à v. 31. Q. Calaber. lib. 8. à v. 300. Claud. 2. in Rufin. à v. 290. & Statius, 10. Thebaid. à v. 565. referant in certamen, non concipere iram, sed furem.

Illis ira modum supra est, lasaque venenum Moribus inspirant, & spicula caeca relinquunt

Affixae venis, animasque in vulnere ponunt. Accinit Virgil. 4. Georgic. à v. 236. Non secus accidit, si furor insulatos in lingue proccacitate percellit. Ira supra modum est, caestro fervet tactum cor, quin animus in potestate sit: & perproprie ficine debacchantes conferuntur apibus; quia non quiescunt, donec vomant quicquid habent in visceribus. Nihil occurrit quod precipites in se continere possit. Non illis sat fugere, ebullit ira in folliculo stomachi; quod quidem amarum, ni fuerit expulsum. Unde interius commoti, bile fervente, hinc inde vagantur verbis adinstar apum; quousque totum evomant è visceribus venenum, et si rumpantur. Vulnere nae levia, sed intenduntur gravia: equidem vulnerant intimius, si haberent gladium; sed pro lingua non linguam evaginant sed spiculum. Aptè aculeus in eloquium, quippequam loquentes pungunt; quin cogitent perire, futilli ac deridicula ultione: igitur modò pugnant, modò sanguinem eliciant; tendunt linguà ex abrupto in implacabilem iram, quantumvis amittant, animam, & levi in vulnere ponant. Aliquid latet, quod ulterius malignitatem exprimit.

9 Verum quid ut apes sint in exemplum? Quod in vulnere spicula caeca relinquunt. Alia est funesta, vulnerant; sed infirumenta, impactò vulnere, separant. Quandiu apis spiculum vulnere incurrit, non valet: & qui adinstar apum, in subditos exercent odium, relinquunt spicula ex lingua caeca; ne possint sanari vulnere: etenim non tam intendunt in corre-

Ovid. 5. Trist. 6. v. 6.

Pl. 117. 220

Virgil.

Cur fureter increpans, apibus similit

tionem vel falsi vel veri criminis; quàm in corruptionem atque vulnus honoris: quin quiescat, si delinquentis corrigatur vulneretur, corripitur: ni in æternum ex vulnere dehonestetur: relinquat lingue stimulis spicula caeca, ne possit abstergi macula: quandoquidem cum aculeo qui quiescit sanantem, fovebit absdubiu vulneris putrefactionem. Qui carpit apum imitatione, non solum pungit, sed conscindit vulnere super vulnus; & simul ostenditur malignitatis animus: igitur & vulnerat aurem & dedecorat honorem, cum spiculum in vulnere meditato relinquit, ut in correpto vestigium vulnere maneat: notaque insignie dedecoris, per vestigia cicatricis. Sepe mentitur iniquitas sibi, dum quæritur ultio zeli larvato velamine; constructa procella, ex qua nulla possunt supervenire naufragia, nec tanquam ab apibus letifera vulnera. Est linguarum furor, quin attonet fragor. Sorbuit maris feri amaritudinem pectus: & furem, qui cordati Salsos vident removementem pectore fluctus.

10 Estò crimen esset, huiusmodi ferries non solum à conscientia, sed à prudentia deficit. Modestia debet servari in honore: ait Gueric. Serm. 3. in Psalm. n. 5. & cum lesti honoris macula, numquam subsidet modestia, quæ correctione intendit crimen compefcere, non vulgari; eritque non zeli emulatio, sed precipitis furoris; quum ex medicina conspiciatur signum vulnere: & medicus fauciat, quod pectus ab ulcere levat; eò quòd si ex potestate iuris usurpatione valet, plus libeat, quia minus licet.

Et tentat quoque, rem si signè vertere possit, Et placet sibi natura sublimis & acer; Nam spirat tragicum satis, & felicitè aulec.

Elucet vel Prodigus unde correctus, ne denuò arideret crimen; cum amissum, ilectum videret honorem. Pater sic curat filij vulnera, ne filio cicatricem, naevum filio ne relinquat (ait Chryfolog. Serm. 3.) paterna pietas contenta non est, innocentiam reparare solum, nisi pristinum restituat honorem. Ut pater suscipit, ut filium corripuit, evanescente crimine, præ pectoris poenitudine, servato honore: igitur ut pingeret, præstantissimum exhibuit medicamentum, naevi deformis nec relinquens cicatricem.

11 Effundam quasi aquam iram meam: minatur Dominus scelerum vindex, in rebelles legum prævaricatoros, ita Numinis

Qui ma ligna de. culat, cor reptione debent. stat.

Iob. 16. 15.

Jeruit in honorem non in crimine

Virg. 5. Enicid. v. 12.

Gueric

Unde confert

Morad. à v. 144.

Chryfolog. log.

Emenda. tur error, si errantit creatur honor

Osec 5. 10.

scus

Septon 3. 8.

sicut aqua, dum alibi ignis praesignat incendia? In igne enim zeli mei devorabitur omnis terra. Si intendit criminibus percussus, in cruciamina ultionis: unde modò eligit contraria flumina flammis? Non conabatur terræ exterminium, sed tantum correctionem conversione peccatorum. Per ignem & aquam fit sanè purificatio, verum discrimen ingens in modo. Ex igne profectò paritas, sed remanet in correptis signum ultionis. Ex aqua sine fordis navo nitor fulget puritatis. Ex igne sanatur vulnus, & expellitur virus corruptionis; ceterum manet cum sanitate cicatrix. Ex aqua ulcus ita sanatur pectoris: ut appareat nec velligium ulcers: & qui valebat ductus zelo medicari per ignem, elementi contrarij legic humorem; docens quomodò crimina corrigenda, superiori zeli charitatis flamma: igitur crimen ab illo corripitur iuris ultione, verum sine correptionis cicatrix; qua per inflictum supplicium (estò remissum) demonstretur quod peccatum. Si per aquam, est in zelo propositum contra formem. Si per ignem, contra formem & fordium: & à Domino per aquam, & quasi aquam ira immittitur supplicium; quia debet poena criminis dirigi in crimen, nequaquam in delinquentem. Hinc N. Patriarcha, ut vidimus n. 1. ait: In ipsa correctione prudenter agat. Ad quod pramittit: Oderit vitia, diligat fratres. Cuius velligij inhærens Franciscus, Colation. 27. inquit: Hostes vitij, medicos vitiosos. Non se gerit in correctionem patrem, si relinquit cicatricem: siquidem ubi igne vulnus sanatur, navusque relinquitur, vulnerato honore, atque contracto ex ulceribus dedecore; non videtur propositum zeli flagrantis, ut transgrediens quæ licita, corrigatur, sed ut igne quasi terra devoretur.

Correlatio dum à prudentia, criminis ubi viget nota.

S. Benedicti.

S. Francisci.

Sic ira zeli in crimine, nequaquam in delinquentem.

Virg. d. 9. 174. Acto. 2.

Quando autem ignis obstruatur ut quiescat?

12. In linguis quæ in mundum Sanctus descendit Spiritus, nimis splendet prudens correctionis modus; ne Præses in culmine dignitatis & honore, sedeat Oblitus decoris sui. Descendit, & apparuerunt illis dispersita lingua tanquam ignis. Non ignis, sed tanquam ignis; ut constet quando in zelo ignis cœlestis: igitur superflua urebat, ceterum illuminabat. Splendor sanè inerat, ut zelus Superiorum dirigatur, dum aliquid iurè corrigitur: etenim ut ignis, debet superfluis inferre ultionem, verum honoris non adimere lumen. Ignis & linguæ obijcitur symbolum, in moderationem linguæ Præsidum; dum aliquid vel acriter corripit necessarium: equidem ignis zeli

grassari potest in crimem; qui lingua coram repta commaculet splendorem. Perfluit decoris fulgor, si exulat, vel saltem arceat error, ut qui pudet pro excessibus ultus, ultione introrsum gloriatur illuminatus. Videantur verba pluvia imbris, nequaquam procellæ, destruentis quæ impetuosè rigat, atque favore gravat: equidem minime splendet ardens lingua Superioris, dum pro verbis audiuntur ad ultionem tempestates. Non è cœlo ignis, si dixerit, ut ait Poeta, 2. Amor. Eleg. 5. v. 33.

Quæque dolor lingue distavit, ut alij Consilia purpureus veniat in ora pudor. Vanitatem, ex dignitatis insolentia, arbitror influere in huiusmodi delirij; quia fugitur phantasticus decor, ex quo suscitandus pudor. Ignis quò clarior fulsit, citius extinguitur (tubdit Stoicus, ad Marciam, cap. 23.) difficili materia commissus, fumoque demersus, sordidè lucet: eadem enim detinet causa, qua malignè alit. De animantibus cunctis dicitur: Omne quod vocavit Adam anime viventes, ipsum est nomen eius. Deus adduxit ea ad Adam, ut videret quid vocaret ea. Experiri intendit, an hominem murescat honos; igitur constabit, modò audiat quomodò vocat subditos. Benè se gessit erga regimen, singulos vocans iuxta propriam conditionem. Bestia erat leo, bestia elephas, sed non vocat bestias (verum hanc bestiam elephantem, & illam leonem) quia cum esset Superior; unicuique studiosè servatur iuxta conditionem honor: etenim semper superioris debet eminere urbanitas, quamvis subditos habeat bestias & bestias. Sic itaque lamentabatur de muneris gravitate Philippus Amyntæ. Qualis (ait apud Erasmus, Apoptheg. 4. n. 12.) est nostra vita, si etiam ad asinorum commoditatem vivere cogimur? Etiam per bestias prætermittit Præsidis lenitas: etenim vel ab illis invitè dominationis portatur iugum, si modò ducantur insolenti asperitate verborum. Quid enim dicere proderit, Heus tu bestia, cui nec cor; cum fat, ut intelligatur, Heus tu vulpes, heus tu mus? Hocce etiam ad bestias exemplum, ne verbo labatur Præses circumspeditione verborum.

14. Antiochus Sophista (subdit quò dudum lib. 8. n. 37.) cum male audiret, quod nec prodiret in concionem, verum publici munia capesseret, Non vos (inquit) metui, sed metipsum: agnoscens bilem suam vehementiorem, quam ut cohiberi possit. Sese cognovit in iram pronam; cui nec plac-

Zachar. 10. 4.

Ovid.

Proci, quod pudor, decor.

Seneca.

Genes. 2. 19.

Ex verbis cognoscitur regimen Superioris.

Erasm.

Idem.

Nihil loquatur, qui increpando in percellitur.

Ovid. Epist. 9. v. 33.

Iuc. 7. 37.

Exponitur crimen, & non ita servitoris nomen.

Joann. 8. 4.

Fitac.

placuit dignitate loqui nullum verbum, ne mores carpens se daret in præcipitium: quandoquidem haud in potestate Superioris plena auctoritate verba, bile commota: commotaque bile non corriguntur, sed commoventur subditorum animi. Tunc silentium opportunum, & maxime personarum; quippe iacebit errore, Si facta narrat dissimulanda sibi. Plorans accessit ad Christum Magdalene criminum penitens; & ab Evangelista dicitur meditante, mulier quæ erat in civitate peccatrix. Cur ergo si penitens corrigitur, non nominatur? Quia corrigitur. De criminibus doluit, erubuit: nomenque peccatrix Evangelista tacuit; quia libentius amplectitur penitudinem, cuius in correctione non expunitur nomen. Idem accidit cum adultera, in fragranti deprehensa. Hæc mulier, dicitur: quemam hæc? Ad quid? Solicitatur cordis conversio nequaquam ex conversione confusio, reprehensione criminis; propter fructum correctionis: qui quidem magnus; dum disponit prudentissimè zelus, quod in emendationem notescat crimina, verum errantium nec audiatur nomina. Totus hic incumbere debet Superioris conatus; quippe sicine corrigitur crimen, & transgredientium reservatur honos: ipsæque suam servat splendore dignitatem; quia curat vel in fervore, Ne lingua præcurrat mentem.

DIDASCALIA III.

Iudex malevolus demon larvatus.

ETiam modò ad pastores diriguntur minæ Tautologiz, ut clareat munus pastoris ex munere. Pascit, qui pascit in innocentia cordis sui. Sine innocentia, vel in pascuis non sunt pascua: diciturque meditante ad pastores qui pascunt; quia minime qui pastores, habent pascuum; ubi malevolentia in cibum præbent venenam. Ovium enim ulcera dicantur que pascua, recipientium à pastoribus cruciatum & sub maere pastorum; in quorum manibus videntur pro gratijs. Horrendi stridit macrone furores. Causam indicat Stoicus Cordubensis, Ep. 71. Omnium (inquit) animam estimant ex suo: omnia eiusdem mensura ac pretij. Non putant fieri, quicquid facere non possunt. Tom. VIII. Taut.

Jerem. 23. 2. Non pascetes in munere, qui in ranni.

Str. to. Tebal. 7. 475.

Ex infirmitate sua de virtute ferunt sententiam. Sic rectissima, cum in aquam demissa sunt, speciem curvi præfacique virtutibus redant: opprimuntque virtutem, quoniam arbitrantur cuncta iuxta propriam opinionem: etenim quicquid non erroris vel ab errore, eorum oculis patet specie curvi. Ex infirmitate sua sententiam ferunt; nec putant fieri, quicquid facere non possunt. Unde cum habeant curvam lesam imaginationem; indicant cerebro moto curvam ipsam rectitudinem. Demens est, qui fidem præstat errori: subdit idem, 4. Benef. cap. 36. Decus profectò contumeliosæ causæ, quod iudices sine mente: etenim iudicium ex potestate faciunt, qui sine mente non possunt. Pronus ad omne nefas, & qui nesciret in armis. Quam magnum virtus crimen civilibus esset. Exemplum exhibetur à Tacito in Agricol. cap. 4. Virtutibus iram Cesaris meritis: nam accusare iustus; quia abnuerat, interfectus est. Quid mirum si cæca ratio, quod mentem fugiat & boni & mali discretio? Affectione & irâ iustitia relinquitur (inquit) Gregor. Magn. 5. in Job, cap. 9.) quia dum perturbata mens, iudicium sine ratione exasperat; omne quod furor suggerit, rectum putat. Lamentabilis fatuus, ubi ita patitur erroribus pectus, amissa ratione, iudicij regimine, prævalente phrenesi; ut desipientis futorem, perfecte virtutis fanaticus ac delirus arbitretur rectitudinem. Nil rectum, nisi quod placuit sibi ducit. Vel quia turpe putat parere minoribus, & que

Seneca.

Laboris vertiginis.

Idem.

Lucan. 6. v. 147.

Taciti.

Gregor. Magn.

Undoris got.

Horat. 2. Epist. 1. v. 85.

Bernard.

Et dicit tyrannus.

Martin. 27. 344.